

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diözese.

## Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Inhalt: 86. Bulla Pontificia, qua extenditur decretum „Tametsi“ ad totam Germaniam. — 87. Decretum beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Francisci osephe Rudigier, Episcopis Linciensis. — 88. Forma brevis administrandae Extremae Unctionis in casu necessitatis. — 89. Pius X. valde commendat consuetudinem peragendi Ignatiana spiritualia exercitia. — 90. Indulg. pro pre-

catione ad obtinenda bonam mortem. — 91. Das Werk der „Praeservatio Fidei“. — 92. Organische Bestimmungen für den Seelsorgedienst in der k. k. Landwehr. — 93. Trauung aktiver Militärpersonen durch Zivilseelsorger — 94. Errichtung einer politischen Expositur in Aufsee. — 95. Jahresbericht des St. Joseph-Priestervereines in Görz für das Jahr 1905. — 96. Literatur. — 97. Diözesan-Nachrichten.

## 86.

### Bulla Pontificia, qua extenditur decretum „Tametsi“ ad totam Germaniam.

**Pius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.**

Provida sapientique cura quavis aetate Sancta Ecclesia legibus latis ea disposuit, quae ad christianorum conubiorum firmitatem et sanctitatem pertinerent. In quibus legibus illa eminentem locum habet, qua Sancta Synodus Tridentina<sup>1</sup> clandestinorum matrimoniorum pestem abolere et ex populo christiano extirpare contendit. Magnam ex hoc Tridentino Decreto utilitatem in universam rempublicam christianam promanasse, et hodie quoque promanare, apud omnes in confesso est. Nihilominus, ut sunt res humanae, contigit alicubi, et praesertim in Imperio Germanico, propter lamentabilem maximamque in religione divisionem et catholicorum cum haereticis permutationem in dies augescentem, ut cum praedictae legis observantia incommoda etiam quaedam nec levia coniungerentur. Nimirum cum ex voluntate Concilii caput *Tametsi* non antea in singulis paroeciis vim obligandi habere coeperit, quam in illis rite esset promulgatum, et cum haec ipsa promulgatio, an facta sit, multis in locis dubitetur; incertum quoque non raro sit, an lex Concilii obliget etiam acatholicos uno aliove in loco morantes: maxima inde ac molestissima in plurimis Imperii Germanici locis nata est iuris diversitas et dissimilitudo, plurimaeque et spinosae exortae sunt quaestiones, quae in iudicibus quidem persaepe perplexitatem, in populo fidelibus quandam legis irreverentiam, in acatholicis perpetuas cicerent querelas et criminationes. Non omisit quidem

Sedes Apostolica pro nonnullis Germaniae diocesisibus opportunas edere dispositiones et declarationes, quae tamen iuris discrepantiam minime sustulerunt.

Atque haec moverunt complures Germaniae Episcopos, ut iterum iterumque Sedem Apostolicam adirent, communibus precibus huic rerum conditioni remedium petentes. Quorum preces Decessor Noster f. r. Leo XIII. benigne excipiens praecepit, ut ceterorum quoque Germaniae Praesulum vota exquirentur. Quibus acceptis et toto negotio in Suprema Congregatione Sacrae Romanae et Universalis Inquisitionis mature discusso, Nostrum esse officium intelleximus, praesenti rerum statui efficax et universale levamen afferre. Itaque ex certa scientia et plenitudine Nostrae potestatis, ut consulamus sanctitati firmitatique matrimonii, disciplinae unitati et constantiae, certitudini iuris, faciliori reconciliationi poenitentium, ipsi quoque paci et tranquillitati publicae, declaramus, decernimus ac mandamus:

I. In universo hodierno Imperio Germaniae *caput Tametsi* Concilii Tridentini quamvis in pluribus locis, sive per expressam publicationem sive per legitimam observantiam, nondum fuerit certo promulgatum et inductum; tamen inde a die festo Paschae (id est a die decimaquinta Aprilis) huius anni millesimi nonagesimi sexti omnes catholicos, etiam lucusque immunes a forma Tridentina servanda; ita adstringat, ut inter se non aliter quam coram parocho et duobus vel tribus testibus validum matrimonium celebrare possint.

II. Matrimonia mixta, quae a catholicis cum haereticis vel schismaticis contrahuntur, graviter sunt manentque prohibita, nisi accedente iusta gravique causa canonica,

<sup>1</sup> Hac bulla omnia matrimonia catholica in *Germania* decreto „Tametsi“ subiciuntur; excipiuntur vero matrimonia mixta et protestantium.



datis integre, formiter, utrimque legitimis cautionibus, per partem catholicam dispensatio super impedimento mixtae religionis rite fuerit obtenta. Quae quidem matrimonia, dispensatione licet impetrata, omnino in facie Ecclesiae coram paroco ac duobus tribusve testibus celebranda sunt; adeo ut graviter delinquant, qui coram ministro acatholico vel coram solo civili magistratu vel alio quolibet modo clandestino contrahunt. Imo si qui catholici in matrimoniis istis mixtis celebrandis ministri acatholici operam exquirunt vel admittunt, aliud patrant delictum, et canonicis censuris subiacent.

Nihilominus matrimonia mixta in quibusvis Imperii Germanici provinciis et locis, etiam in iis, quae iuxta Romanarum Congregationum decisiones vi irritanti capituli *Tametsi* certo hucusque subiecta fuerunt, non servata forma Tridentina iam contracta vel (quod Deus avertat) in posterum contrahenda, dummodo nec aliud obstet canonicum impedimentum, nec sententia nullitatis propter impedimentum clandestinitatis ante diem festum Paschae huius anni legitime lata fuerit, et mutuus coniugum consensus usque ad dictam diem perseveraverit: pro validis omnino haberi volumus, idque expresse declaramus, definimus atque decernimus.

III. Ut autem iudiciis ecclesiasticis tuta norma praesto sit, hoc idem iisdemque sub conditionibus et restrictionibus declaramus, statuimus ac decernimus de matrimoniis acatholicorum, sive haeticorum sive schismaticorum, inter se in iisdem regionibus, non servata forma Tridentina, hucusque contractis vel in posterum contrahendis; ita ut si alter vel uterque acatholicorum coniugum ad fidem catholicam convertatur, vel in foro ecclesiastico controversia incidat de validitate matrimonii duorum acatholicorum cum quaestione validitatis matrimonii ab aliquo catholico contracti vel contrahendi connexa: eadem matrimonia, ceteris paribus, pro omnino validis pariter habenda sint.

IV. Ut demum Decretum hoc Nostrum ad publicam notitiam perveniat, praecipimus Imperii Germanici Ordinariis, ut illud per ephemerides dioecesanarum aliosque opportuno modo ante diem Paschae anni currentis cum clero populoque fidei communicent.

Datum Romae apud S. Petrum, die XVIII Ianuarii MDCCCXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

Pius PP. X.

87.

Decretum beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Francisci Iosephi Rudigier, Episcopi Linciensis.

Inter apostolicos sacerdotes pro Christo legatione fungentes, Dei miseratione et Sanctae Sedis auctoritate Episcopos constitutos qui postremis hisce temporibus sacri ministerii operibus cum fama sanctitatis vitae inclaruerunt, merito recensetur Franciscus Iosephus Rudigier, Episcopus Linciensis. In oppido Parthenem., dioeceseos Brixinensis, ortum duxit die 6. Aprilis anno 1811, eaque ipsa die in sacro fonte regeneratus est. Minor ex octo filiis piorum parentum Ioannis Christiani et Iosephae Tschofen, Francisculus honestate et pietate omnium optimus existimabatur. Aetate succrescens, ipsorum parentum cura, studiorum elementa in scholis didicit, specimina ingenii ac diligentiae satis praeclara ostendens. Humanioribus litteris apud fratrem natu maiorem, in pago Schruns, biennio navavit operam. Oeniponte tertium gymnasii cursum prosecutus est, ibique transitu facto ad ulteriora studia in Universitate ita profecit, ut principem obtinuerit locum et praemium cum annuo subsidio. Vigésimum aetatis annum agens, absolutis disciplinis philosophicis et, divino lumine implorato, se in sortem Domini vocatum sentiens, statim Brixinam se contulit, ut in seminario episcopali theologice studiis incumberet. Scientia et pietate dignus et

idoneus repertus, per gradus inferiores ad sacerdotalem dignitatem evectus est die 12. Aprilis anno 1835. Tunc illuxit Servus Dei haud amplius sub modio sed super candelabrum in Domo Dei, charitate, prudentia, zelo et doctrina. Ad parochum oppidi Vandars missus, inibi vicarii munus diligenter exercuit. Ad pagum Bürs translatus et in adiutorem paroco senio confecto datus, cum impensiore studio et incolarum admiratione atque utilitate spiritualis moderatoris officium peregit. Paroco e vivis erepto, Servus Dei Vindobonense Collegium ad presbyteros ampliori scientia sacra excolendos ingressus est; in quo summa cum laude de theologia dogmatica periculum fecit. In Brixinense seminarium arcessitus per triennium historiam ecclesiasticam et ius canonicum et postea per quadriennium theologiam tradidit, doctrina, eloquio et perspicuitate praestans. Quaedam etiam conscripsit opera inter quae illud praecipuum de ecclesia catholica a doctis viris commendatum. Anno 1845 in memorato Vindobonensi instituto moderator spiritualis deputatus, obtenta venia a suo Episcopo, Brixinam reliquit, et Vindobonae novum officium alacriter suscepit. Vertente autem anno 1848 Inticam traductus et collegiali illi ecclesiae prae-



positus sacrum ministerium praedicatione aliisque dotibus illustravit. Interea Brixinensis Praesul de recta cleri educatione, a qua bonum populi praecipue pendet, valde sollicitus, Franciscum Iosephum inter canonicos suae cathedralis ecclesiae cooptavit et maiori seminario regendo praefecit cum maxima capituli et seminarii gratulatione et laetitia. Quibus muneribus dignissimus canonicus et rector ita functus est, ut etsi in confessionibus, concionibus aliisque ministerii laboribus esset occupatus, tamen statuta et regulas pro seminarii regimine exaraverit eidemque seminario illustre nomen prae ceteris acquisierit. Episcopatum Linciensem ex obedientia suscepit et die 5. Iunii anno 1853 Viennae consecratus, post quinque dies ad sedem Linciensem se transtulit. Bonus pastor non sua sed quae Dei sunt quaerens, ad gregis sibi commissi bonum sollicitudinem omnem impendebat, in omnibus seipsum praebens exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate; sicuti Titum monebat Apostolus. Alumnorum utriusque seminarii studia, pietatem atque ecclesiasticam disciplinam singulari industria provehebat. Sacerdotes pro uniuscuiusque indole, viribus et ingenio ad varia officia obeunda destinabat et per sacros recessus ad maiora virtutum incrementa dirigebat. Pia et religiosa sodalitia tam virorum quam mulierum peculiari affectu prosequabatur, probe sciens per huiusmodi coetus et virium conjunctionem, verum societatis bonum promoveri. Religionis studio incensus, semper et praesertim in pastoralis visitatione gregem suum salutariter pasebat, et ab haereticae lue praeservabat. Ecclesiae libertatis et iurium strenuus vindex et assertor extitit. Aetate iam gravis laboribusque fractus Dei Famulus dum civitatem Ried visitat, infirmitate correptus, exitum suum properare sentiens, Lincium redire vult. Morbo ingravescente, extrema morientium sacramenta enixe postulat devoteque recipit, coram capitulo et clero prius professione fidei emissa operibusque a se incoeptis ipsi capitulo commendatis, Iesu et Mariae imagines frequenter osculatur et sanctissima nomina repetit, illa quoque verba ingeminans: „Christe cum sit hinc exire, da per matrem me venire, ad palmam victoriae“. Demum postremo vitae momento iam urgente, Famulus Dei cum caelum suspexerit caelestiaque contemplatus fuerit, placidissime de hac vita migravit, collacrymantibus omnibus qui aderant quique testabantur sanctam vitam beatamque mortem amatissimi defuncti Episcopi Rudigier. Evulgato huius transitus nuncio, innumera hominum cuiusvis ordinis multitudo ad Servi Dei cadaver invisendum et venerandum convenit, oblatis etiam liberalibus largitionibus pro ecclesia cathedrali in honorem Immaculatae Conceptionis B. M. V. ab ipso defuncto Epi-

scopto aedificata. Postquam vero die 3. Decembris, eius die onomastica, funus triumpho simile solempni pompa et cum magna fidelium frequentia et devotione persolutum fuerit, venerabile corpus in arca metallica inclusum, in crypta ecclesiae cathedralis tumulatum est; apposito lapide cum inscriptione: † Franciscus Iosephus Rudigier, Episcopus Linciensis, natus 6. Aprilis 1811, presb. ord. 12. Aprilis 1835, Episcopus consecr. 5. Junii 1853, defunctus 29. Novembris 1884. R. I. P. Opinio sanctitatis quam Servus Dei in vita et post mortem adeptus fuerat, magis in dies diffusa et usque in praesens perseverans, viam aperuit Processui Ordinario Informativo in ecclesiastica curia Linciensi instituto aliisque processibus Rogatorialibus Romano et Brixinensi. Quibus adornatis, penes Sacrorum Rituum Congregationem exhibitis riteque recognitis, instante Rmo Dno Georgio Jacquemin Antistite urbano et huius Causae postulatore, quum petita et obtenta dispensatione Apostolica a lapsu decennii et ab interventu et voto Consultorum, omnia in promptu essent, attentis litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum ac praesertim Rmi Dni Francisci Salesii Mariae Doppelbauer, Episcopi Linciensis una cum capitulo, clero et populo illius dioecesis, neenon aliorum capitulorum cathedralium, Ordinum religiosorum et Facultatum theologiarum in universitatibus Vindobonen., Salisburgen. et Oenipontana, cum quibus consociantur nobilissimi viri et mulieres ad imperiales vel regias familias pertinentes, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Dominicus Ferrata, eiusdem Causae Ponens seu Relator in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitii subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur? Porro Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuerunt: Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit. Die 5. Decembris 1905.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X. per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatis, Sanctitas Sua sententiam Sacrae ipsius Congregationis ratam habuit et probavit; atque insuper Commissionem Introductionis Causae Venerabilis Servi Dei Francisci Iosephi Rudigier, Episcopi Linciensis, propria manu signare dignata est, die 6. iisdem mense et anno.

A. Card. Tripepi, Pro-Praefectus.

✠ D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.



### Forma brevis administrandae Extremae Unctionis in casu necessitatis.

(S. C. Inquisitionis.)

Feria IV., die 25. Aprilis 1906.

Cum huic Supremae Congregationi quaesitum fuerit, ut unica determinaretur formula brevis in administratione Sacramenti Extremae Unctionis in casu mortis imminens, Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Generales Inquisitores, maturime re perpensa, praehabitoque Reverendissimorum Consultorum voto, decreverunt:

In casu verae necessitatis sufficere formam: *Per istam*

*sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen.*

Sequenti vero feria V., die 26. eiusdem mensis et anni, in audientia a Sanctissimo D. N. Pio div. providentia PP. X. R. P. D. Adessori impertita, Sanctissimus D. N. decretum Eminentissimorum et Reverendissimorum Patrum adprobavit.

Petrus Palombelli, S. R. et U. I. Notarius.

### Pius X. valde commendat consuetudinem peragendi Ignatiana spiritualia exercitia.

Dilecto Filio, Vedasto Carolo Criquelion S. I., Praesidi Asceterii Nostrae Dominae ad Xhovemont, Leodium.

PIUS PP. X.

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam benedictionem.

Exercitiorum Spiritualium consuetudinem, qualem praesertim, caelesti prorsus consilio, Sanctus Ignatius, legifer Pater vester, induxit, semper Nos magni fecimus, utpote in qua ad emendandos mores et christianos refovendos spiritus mirifica quaedam insit efficacitas. Nunc autem quum in hoc Apostolatus fastigio collocati sumus, eo clarius apparet Nobis quantum adiumenti afferre possit consuetudo eiusmodi ad propositum, quod habemus, instaurandi omnia in Christo; si quidem praeter clericos a laicis quotidie pluribus teneatur. Quamorbem, dilecte Fili, intelliges cognovisse Nos perlubenter, asceterium, cui praesides, viris ex omni civitatis ordine, annum iam quartum, patere; ad statos crebro secessus convenire frequentes, nominatim opifices et conductores operum; fructus autem, qui consequuntur uberrimos esse et sanctae consolationis plenos, ac saepe fieri ut qui in istud pietatis domicilium falsas de religione opiniones et vacuum officio christianum nomen secum tulerint, iidem conversis feliciter animis egrediantur, voce exemploque popularibus

suis hortatores ad frugem futuri. Sane non potuistis meliorem ullam rationem instituere opitulandi operariae plebi, tantis hodie periculis, in istis maxime regionibus obnoxiae. Revocando enim homines ad cogitationem aeternarum rerum, ac persuadendo ad altiora et magnificentiora multo, quam haec caduca, bona omnes esse natos, confirmabitur vulgo conscientia officii et, qui inferiore utuntur fortuna, non facile infatuari se sinent *socialistarum* fallaciis, beatitatem hominis omnem praesentis vitae spatio concludentium. Itaque et vobis, quorum laboribus studiosisque curis, et iis quorum gratia et subsidiis opus tam salutare tamque opportunum viget, amplissimam tribuimus laudem. Deo autem cum agimus gratias propterea quod communia conata vestra benignus adiuvit, tum preces adhibemus ut adiuvet in posterum, ac, fautores auxiliatoresque vobis multos adiciens, id ipsum opus ad incrementa in dies laetiora promoveat. Auspicem caelestium munerum ac benevolentiae Nostrae peculiaris testem tibi, dilecte Fili, sodalibus tuis, et caeteris omnibus qui in hoc genere tua, quae et Nostra sunt, vota secudent, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VIII. Decembris per sacra solemnia Virginis Immaculatae, anno MDCCCCIV, Pontificatus Nostri secundo.

Pius PP. X.

### Indulg. 300 dierum conceditur recitantibus precationem pro obtinenda bona morte.

Precatio.

„Beati mortui qui in Domino moriuntur. O mi Deus! moriendum mihi est certo, sed nescio quando, quomodo, ubi moriar: hoc unum scio, me in aeternum peri-

turum, si in peccato lethali expirem. Beatissima Virgo Maria, Mater Dei Sancta, ora pro me peccatore nunc et in hora mortis meae. Amen“.

Sanctissimus D. N. Pius. X., in audientia, die 14. Decembris 1905, ab infrascripto oratore habita, istam pre-



ationem corde contrito recitantibus, indulgentiam tercentum dierum toties quoties lucrandam concedere dignatus est.

† **Gustavus Carolus Mailath**, Ep. Transylvaniae. Praesens rescriptum exhibitum fuit huic Secretariae S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae.

In quorum fidem, etc.

Datum Romae, ex eadem Secretaria, die 12. Ianuarii 1906.

L. † S.

† **D. Panici**,  
Archiep. Laodiceen., Secretarius.

## 91.

### Das Werk der „Praeservatio fidei“.

Aus Rom ist unter dem 29. Juni 1906 nachstehendes Schreiben anher übermittelt worden:

„**Celsissime ac Reverendissime Princeps!**

Iam per plures quam triginta annos heterodoxi, ut Romanos inferiorum maxime classium cives a catholica fide avertant, summos adhibent conatus, pecuniam etiam aliaque ad vitam sustentandam necessaria iis praebentes. Praeprimis pueros puellasque ad se allicere student, quibus in scholis, infantium asylis, officinis omnia gratis suppeditant.

Contra hos in dies magis invalescentes conatus aliqui viri apostolico zelo pleni opus fundarunt, quod „Praeservatio Fidei“ (Preservazione delle Fede) vocatur, cuique b. m. Leo PP. XIII. Apostolicis literis datis d. 25. Nov. 1902 stabilem dedit formam et temperationem. Ipsi praefecti sunt quinque S. R. E. Cardinales, qui multis aliis viris tam Clericis quam Laicis in rerum administratione iuvantur.

Verumtamen successus contra tot heterodoxorum conatus ne sperari quidem potest, nisi operi de quo diximus, paria haereticis media praesto sint. Quem in finem operi additus est virorum e diversis nationibus ac linguis coetus,

quibus id incumbit, ut in sua quisque patria laudatum opus publice notum reddant, piorum fidelium eleemosynas colligant, easque Romam transmittendas curent. Quo facto spes erit fore, ut scholae puerorum ac puellarum, infantium in periculo fidei amittendae versantium asyla et fundari et sustentari possint. Infrascripti, qui ab Emis Cardinalibus toti operi praefectis ad id constituti sunt, ut fidelium in Germania, Austria et Hungaria degentium benignitatem et liberalitatem invocent, pro munere suo Celsitudinem Vestram Reverendissimam rogant humillimis precibus instantes, ut pro dioecesis adiunctis *praedictum opus commendare et dona a fidelibus forsitan oblata nobis transmittere dignetur.*

Romae, die festo ss. Apostolorum Petri et Pauli 1906.

**Ios. Lohninger**,

Proton. apost. Rector eccles. S. Maria de Anima  
Teutonicorum.

**Ios. Biederlak S. I.**

Rector Collegii Germanici et Hungarici.“

Das Werk, das für die gegenwärtigen Zeitverhältnisse von großer Wichtigkeit ist, wird zur allseitigen Unterstützung hiemit bestens empfohlen.

## 92.

### Organische Bestimmungen für den Seelsorgedienst in der k. k. Landwehr.

Von der k. k. Statthalterei in Graz ist unter dem 25. September 1906, Bl. 6<sup>2702</sup>/<sub>1</sub> nachstehendes Schreiben anher übersendet worden:

„Infolge Erlasses des k. k. Ministeriums für Kultus und Unterricht in Wien vom 15. September 1906 Bl. 33814 beehrt sich die Statthalterei in der Anlage dem hochwü. fürstbischfl. Ordinariate ein Exemplar der „Organischen Bestimmungen für den Seelsorgedienst in der k. k. Landwehr“ zum woldortigen Amtsgebrauche diensthöflich zu übermitteln.

Für den k. k. Statthalter:

**König m. p.“**

Die Organischen Bestimmungen sind entnommen dem Verordnungsblatte für die k. k. Landwehr Nr. 32 von 1906 und haben folgenden Wortlaut:

### Organische Bestimmungen für den Seelsorgedienst in der k. k. Landwehr.

#### I. Abschnitt.

#### Grundsätzliche Bestimmungen betreffs Ausübung der Seelsorge über Personen der k. k. Landwehr.

##### § 1.

Geistliche Zuständigkeit der Landwehrpersonen.

Zur Ausübung der Seelsorge und zur Matrikelführung über die in aktiver Dienstleistung befindlichen Personen der k. k. Landwehr sind im Frieden die Zivilgeistlichen beziehungsweise die durch die betreffenden Gesetze bestimmten Matrikelführer, und nur im Kriegsfall die Geistlichkeit der Landwehr und des Heeres berufen.



Die Ersatzkörper der Landwehr, insolange sie sich in den Friedens(Ausrüstungs)stationen befinden, dann die bei den stabilen Landwehrbehörden, Kommanden und Anstalten in Dienstleistung stehenden Personen der Landwehr bleiben auch während der Mobilität der Zivilgeistlichkeit beziehungsweise der zivilen Matrikelführung zugewiesen.

Die dem k. u. k. Heere entstammenden, in Dienstleistung bei der Landwehr stehenden Generalstabsoffiziere gehören hinsichtlich der Seelsorge der militärgeistlichen Jurisdiktion an.

Über jene Landwehrpersonen, welche während der Mobilität der Geistlichkeit der Landwehr (des Heeres) zugewiesen sind, wird der Seelsorgedienst ausgeübt:

- a) über die Angehörigen der katholischen Kirche (des lateinischen oder griechischen Ritus) oder der griechisch-orientalischen Kirche durch katholische, beziehungsweise griechisch-orientalische Feldkuratanten der Landwehr, eventuell durch die betreffenden Militärgeistlichen des Heeres;
- b) über die evangelischen und israelitischen Glaubensgenossen durch die bei den Landwehr-Infanterietruppendivisionen eingeteilten Landwehrgeistlichen der betreffenden Glaubensgenossenschaft, eventuell durch die bei den Armeekommanden eingeteilten evangelischen Feldkuratanten und Feldrabbiner des Heeres.

### § 2.

Wirkungskreis des Apostolischen Feldvikariats.

Das Apostolische Feldvikariat in Wien ist im Kriegsfall auch für die k. k. Landwehr die oberste militärgeistliche Behörde und es wird ihm in Angelegenheiten der Seelsorge und des geistlichen Amtes der unmittelbare Verkehr mit der aktivierten katholischen Landwehrgeistlichkeit gestattet.

### § 3.

Wirkungskreis der bei einer Armee eingeteilten Militärgeistlichkeit in Bezug auf die Landwehrpersonen.

Wirkungskreis der bei einer Armee eingeteilten Militärgeistlichkeit in Bezug auf die Landwehrpersonen:

- a) Der bei einer Armee befindliche Feldsuperior hat auch die geistlichen Angelegenheiten der bei derselben eingeteilten, der katholischen Religion (des lateinischen oder griechischen Ritus) angehörigen Personen der k. k. Landwehr zu besorgen und den Seelsorgedienst der bei der Armee eingeteilten Landwehrtruppen und Anstalten zu überwachen;
- b) der griechisch-orientalische, beziehungsweise evangelische Militärgeistliche der Armee hat die geistlichen Angelegenheiten der zum Armeeverband gehörigen Landwehrpersonen seiner Konfession, insofern diese Personen nicht zu einer Divisionsseelsorge zuständig sind zu besorgen;
- c) der Feldrabbiner der Armee ist berufen, die rituellen Funktionen bei den zur Armee gehörigen Landwehrpersonen seiner Konfession auszuüben.

### § 4.

Beistellung der Kanzlei- und Amtierungsbeihilfe.

Im Mobilisierungsfall werden die erforderlichen Feldkapellen oder die an deren Stelle unumgänglich notwendigen Kirchenparamente sowie die sonstigen Amtierungs- und Kanzlei-beihilfe jeder Art von der Heeresverwaltung beigelegt.

### § 5.

Stolagebühren.

Rücksichtlich der Stolagebühren finden für die k. k. Landwehr, je nach der geistlichen Zuständigkeit (§ 1), entweder die bezüglichen Vorschriften des k. u. k. Heeres oder die Zivilstolaordnung volle Anwendung.

## II. Abschnitt.

### Die Landwehrgeistlichkeit.

### § 6.

Einteilung und Gliederung.

Alle Landwehrgeistlichen gehören der nichtaktiven Landwehr an und stehen bei den Truppenteilen, zu denen sie seitens des Ministeriums für Landesverteidigung eingeteilt werden, lediglich in der Standesevidenz oder im Verhältnis der Evidenz.

Sie gliedern sich in:

- a) römisch- und griechisch-katholische Feldkuratanten, zweiter Klasse;
- b) griechisch-orientalische Feldkuratanten, zweiter Klasse;
- c) evangelische Feldkuratanten A. B., zweiter Klasse;
- d) evangelische Feldkuratanten H. B., zweiter Klasse und
- e) Feldrabbiner, zweiter Klasse.

### § 7.

Dienstleistung.

Die Landwehrgeistlichen werden nur im Kriegsfall nach Bedarf zur Dienstleistung einberufen und kommen teils bei den Landwehr-Infanterietruppendivisionen, Landesjägerregimentern und Sanitätsanstalten, teils als Aushilfsgeistliche bei der Armee in Verwendung.

Denselben obliegt die Ausübung der Seelsorge bei den ihnen in dieser Hinsicht zugewiesenen Truppen und Anstalten, dann die Führung der Matrikeln (Matrikelbogen, Matrikelhefte) nach den bezüglichen Vorschriften des k. u. k. Heeres.

In Sachen der Seelsorge und des geistlichen Amtes sind: die katholischen Feldkuratanten dem Feldsuperior — die griechisch-orientalischen Feldkuratanten, die evangelischen Feldkuratanten A. B., die evangelischen Feldkuratanten H. B., dann die Feldrabbiner dem beim Armeekommando (Armeegeneral) eingeteilten höchsten (rangältesten) Feldgeistlichen der betreffenden Glaubensgenossenschaft untergeordnet; in militärdienstlicher Beziehung unterstehen alle ihrem vorgesetzten Kommando.

Bei der Demobilisierung werden die aktivierten Landwehrgeistlichen von der Dienstleistung enthoben.

### § 8.

Personalangelegenheiten.

Im Frieden sind die Landwehrgeistlichen zur Beobachtung der Evidenzvorschrift, betreffend die in eine Rangklasse einge-



teilten Gagisten in der nichtaktiven k. k. Landwehr (Wehrvorschriften IV. Teil — Dienstbuch B-II), gehalten, es sind daher auch hinsichtlich der Verpflichtung zum Erscheinen beim Haupttrapport die Bestimmungen dieser Vorschrift, § 26, für sie maßgebend.

Im übrigen findet auf die Landwehrgeistlichen die Vorschrift für die Behandlung besonderer Personalangelegenheiten der Offiziere des Soldatenstandes der k. k. Landwehr (Verordnungsblatt für die k. k. Landwehr Nr. 4 vom Jahre 1881) analoge Anwendung.

§ 9.

Dienstkleidung.

Die im Mobilisierungsfall zur aktiven Dienstleistung in der k. k. Landwehr oder im k. u. k. Heere einberufenen Landwehrgeistlichen (§ 7) müssen mit der für die Geistlichkeit des Heeres vorgeschriebenen Dienstkleidung versehen sein.

§ 10.

Ergänzung und Ernennung.

Die Ergänzung der Landwehrgeistlichkeit erfolgt:

a) Durch den Übertritt von Militärgeistlichen aus dem k.

u. k. Heere in die Landwehr nach Vollstreckung der Heeresdienstpflicht;

b) durch Ernennung von in der Landwehrdienstpflicht stehenden Personen, welche die Befähigung zur Ausübung der Seelsorge erlangt haben, zu Landwehrgeistlichen.

Von den letztbezeichneten Personen werden die dem katholischen und die dem griechisch-orientalischen Glaubensbekenntnis angehörenden, erstere nach gepflogener Einvernehmen mit dem Apostolischen Feldvikar, zu Feldkuraten zweiter Klasse — die betreffenden Personen des evangelischen Glaubensbekenntnisses zu evangelischen Feldkuraten A. B., beziehungsweise zu evangelischen Feldkuraten H. B. zweiter Klasse — die Personen israelitischen Glaubensbekenntnisses zu Feldrabbinern zweiter Klasse über Vorschlag des Ministeriums für Landesverteidigung durch Seine Majestät ernannt und rangieren in der IX. Rangklasse.

§ 11.

Vorrückung.

Die Vorrückung von Feldkuraten und Feldrabbinern aus der zweiten in die erste Klasse kann nur im Kriege stattfinden.

93.

**Trauung aktiver Militärpersonen durch Zivilseelsorger.**

Von der k. k. steierm. Statthalterei in Graz ist nachstehender Erlaß vom 18. Mai 1906, Z. 6<sup>1677</sup>/<sub>1</sub> anher gelangt:

„Laut einer an das k. k. Ministerium für Kultus und Unterricht ergangenen Mitteilung des Reichskriegsministeriums vom 15. März 1906 Abt. 9 Nr. 1861, mehrten sich in letzter Zeit die Fälle, daß Zivilseelsorger die Trauung aktiver Militärpersonen, welche nach § 17 der Allerhöchst genehmigten Dienstvorschrift für die Militärgeistlichkeit zur militärgeistlichen Jurisdiktion gehören, mit Umgehung des zuständigen Militärseelsorgers vornehmen.“

Infolge Erlasses des k. k. Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 14. April 1906 Z. 10.896 beehret sich die k. k. Statthalterei mit Beziehung auf das h. ä. Schreiben vom 4. Februar 1905, Z. 4815 zu ersuchen, das Erforder-

liche gefällig veranlassen zu wollen, damit die dem hochwürdigen F. B. Ordinariate unterstehenden Organe in geeigneter Weise neuerlich auf diesen Gegenstand und zwar in der Richtung aufmerksam gemacht werden, daß die bezeichneten Personen nur dann von Zivilseelsorgern getraut werden dürfen, wenn der ordnungsmäßig ausgefertigte Verkündentlaßschein des jurisdiktionszuständigen Militärseelsorgers beigebracht wird und daß ferner Tausen und Leicheneinsegnungen, die zur militärgeistlichen Kompetenz gehören, nur mit Wissen und Erlaubnis des zuständigen Militärgeistlichen von Zivilgeistlichen vorgenommen werden dürfen.“

Dieser Erlaß wird der Seelsorgegeistlichkeit zur Benennungswissenschaft mitgeteilt.

94.

**Errichtung der politischen Expositur in Aulsee.**

Von der hochlöblichen k. k. Statthalterei in Graz ist unter dem 5. September 1906, Zl. 1<sup>1625</sup>/<sub>9</sub> nachstehendes Schreiben anher übermittelt worden:

„Der Herr Minister des Innern hat laut Erlasses vom 6. April 1906, Zl. 3126/M. I. die Exponierung eines poli-

tischen Beamten nach Aulsee für das Gebiet des gleichnamigen Gerichtsbezirkes genehmigt.

Der exponierte Beamte wird seine Amtstätigkeit am 1. Oktober 1906 auf Grund der gleichzeitig im L.-G.- und B.-Bl. erscheinenden Amtsinstruktion beginnen.

Der k. k. Statthalter: **Clary** m. p.“



## Jahresbericht des St. Joseph-Priester-Vereines in Görz für das Jahr 1905.

Der unter dem Patronate Sr. fürsterzbischöflichen Gnaden des hochwürdigsten Herrn Dr. Franz Borgias Sedej, Fürsterzbischofes von Görz und Metropolit von Illyrien, stehende St. Josef-Verein zur Unterstützung kranker Priester in Görz versendet soeben seinen Jahresbericht pro 1905, dem wir folgende Daten vom allgemeinen Interesse entnehmen.

In allen seinen drei Sanatorien, dem ältesten, dem Filippinum in Meran, dann dem Rudolfinum in Görz und dem Kaiser Franz Joseph-Sanatorium in Fka wurden 134 Priester und 6 Theologen in 6867 Tagen, darunter auch 7 Priester der Lavanter Diözese, verpflegt. In den Verein eingetreten sind jedoch im Laufe des Jahres 1905 nur vier Mitglieder aus unserer Diözese. Es ergeht somit an den hochw. Diözesanklerus die freundliche Einladung, diesem so segensreich wirkenden Vereine eine erhöhte Aufmerksamkeit zu schenken. Weil nur jene Mitglieder, die dem Verein bereits durch 6 Monate angehören, auf all die Wohltaten desselben Anspruch haben, deshalb ist

es angezeigt, dem Vereine bereits in gesunden Tagen beizutreten, weil niemand 6 Monate voraus wissen kann, wann er hilfsbedürftig werden soll.

In Anbetracht des gesunkenen Zinsfußes beträgt der Beitrag für ein lebenslängliches Mitglied — denn nur solche können auf eine Aufnahme in ein Vereins-sanatorium rechnen — ein für allemal fünfzig Kronen. Für ein beitragendes Mitglied, das auch ein lebenslängliches Mitglied wird, wenn es durch 20 Jahre seinen Jahresbeitrag per 3 Kronen regelmäßig eingezahlt hat, ist dies eine Begünstigung, die besonders jüngere Priester anlocken sollte diesem Vereine möglichst bald beizutreten, da sie auf diese Weise sehr leicht dessen lebenslängliche Mitglieder werden.

Nähere Auskünfte erteilt mit Bereitwilligkeit der hochw. Herr Kanonikus Bartholomäus Voh, als derzeitiger Diözesanvertreter obigen, seit dem Jahre 1876 so segensreich wirkenden Priester-Kranken-Unterstützungs-Vereines in Görz

## Literatur.

In der Felizian Rauch'schen Buchhandlung ist soeben erschienen: Meßbüchlein für die Jugend. Herausgegeben von Leonhard Wiedemayr, Religionsprofessor i. N. Innsbruck, 1906. IV. und 285 Seiten in 16° Format. Preis in Halbleinwandband zu 80 Heller und in Leinwandband Rotschnitt zu 1 Krone per Exemplar.

Der Verfasser des Buches, welches vom hochw. F. B. Ordinariate in Brixen genehmigt ist, dürfte in katholischen Kreisen schon bekannt sein. Sein Buch „Erklärung des kleinen vom österr. Gesamt-Episkopate approbierten Katechismus“ ist

bei Felizian Rauch in Innsbruck bereits in dritter Auflage erschienen. Auch schrieb er vor mehreren Jahren ein „Belehrungs- und Gebetbuch“ für Kinder unter dem Titel „Der Engel des Herrn“. Das „Meßbüchlein für die Jugend“, das hiemit bestens empfohlen wird, gliedert sich in drei Teile. Der erste Teil (S. 3—135) enthält den „Unterricht über das heil. Meßopfer“; der zweite Teil (S. 135—228) umfaßt verschiedene Meßgebete, während sich im dritten Teile (S. 231—278) verschiedene Gebete befinden. Auch zieren das Büchlein mehrfache Illustrationen.

## Diözesan-Nachrichten.

**Aufgenommen** wurde in das I. I. höhere Weltpriesterbildungs-Institut zum hl. Augustin in Wien zur Fortsetzung der theologischen Studien Herr Anton Jehart, Kaplan in St. Georgen an der Südbahn.

**Bestellt** wurde als Mitprovisor der Pfarre St. Anna in Prevorje. Titl. Herr Markus Tomazič, Geistl. Rat und Pfarrer in Peilenstein.

**Gestorben** ist am 5. September d. J. Herr Georg Vtičar, Pfarrer in St. Anna in Prevorje, im 58. Lebensjahre.

**Unbesetzt** ist geblieben der zweite Kaplansposten in St. Georgen an der Südbahn.

**F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,**

am 1. Oktober 1906.

† Michael,  
Fürstbischof.